

when I left them still forming a Canopy near the Zenith, as is above described.

The Air was very Calm and Serene, not a breath of Wind stirring; as I remember it was also Nov. 10th.

The Moon was now a Day or two older than it was on Nov. 10th. and a good deal further to the W. than when I saw the Coruscations that Night being then near full South. She had now round her what is commonly called a Burr larger than ordinary, and several very lucid Clouds at a little distance.

VIII. Nuperæ Observationes Astronomicæ cum Regia Societate communicatae.

CUM in Num. harum Transactionum 357^{mo}. Observationes nonnullas Planitarum ac Lunæ conservari dignissimas in unum congregimus, ac probante Societate nostra edidimus; liceat paucula folia hujusmodi collectionibus in sequentibus quotannis consignari. Nuperæ autem quas habemus Observationes hæ sunt.

1718. October 10°. mane, applicabatur Jupiter ad Fixas Telescopicas, quarum loca, occasione primæ appariotionis Cometæ anni 1680. (de quâ vide Phil. Trans. N°. 342) sedulo inquisivit Rev. D. Pound, ac nuper verificata nobiscum communicavit, una cum accuratâ observatione transitū Jovis juxta eas hac vice, ac deinde alterā Febr. 11°. statim ab oppositione Solis & Jovis. Incunte autem Januario 1719. loca stellarum siccè habuere.

| Long. | Lat. Bor. | Long. | Lat. Bor. |
|-------------------|-----------|------------------|--------------|
| d Ω 29°. 59'. 43" | 1. 7. 50 | a π 0°. 25'. 41" | 1°. 28'. 54. |
| e π 0. 6. 13 | 1. 10. 18 | x π 0. 5. 43 | 0. 51. 56 |
| c π 0. 3. 13 | 0. 32. 50 | | |

10 H 2

Ubi

Ubi notandum stellas *d* & *e* eandem præcisè hoc seculo fortiori declinationem, & vero exiguum esse stellulam in priore descriptione ob parvitatem omissam.

Jam Octob. 9°. 17^h. 50' T. æq. Jovis limbus orientalis attigit lineam stellas *e* & *c* jungentem, simul centrum ejus distabat ab *e* 21'. 20" & à *c* 16'. 25". statimque aberat à *d* 19'. 35". Parvula & Jovi proxima latuit, luce ejus obumbrata.

Decemb. 11°. 18^h. 30. T. æq. *Saturni* centrum distabat à μ *Librae* Bayero, 28'. 32", & Fixâ Borealius erat 4'. 31". Hinc conclusit D. Pound Observator *Saturni* locum π 10°. 41'. 10", cum Lat. Boreal. 2°. 16'. 43".

| | | |
|--|---|----------|
| 1719 Feb. 11°. 6 ^h . 56' ¹¹ ₂ | T. æq. Jovis retrogradi centrum distabat à stella <i>d</i> superius descriptâ — | 10'. 42' |
| 6. 58 ¹ ₄ | Idem centrum distabat ab <i>e</i> — | 6. 7 |
| 9. 37 ¹ ₂ | Iterum distantia capta à <i>d</i> — | 10. 9 |
| 9. 43 ¹ ₂ | Iterum ab <i>e</i> — | 6. 11 |
| 9. 49 ¹ ₂ | Jovis centrum distabat ab <i>a</i> — | 25. 21 |
| 9. 58 ¹ ₂ | Idem centrum à parvula <i>x</i> — | 24. 38 |

Circa Horam septimam Jovis limbus orientalis attigit lineam per *x* & *e* productam; Jupiter itaque tunc habuit π 0°. 6 cum Latitudine Boreal. 1°. 16'. 30". Deinde,

Feb. 13°. 8^h. 0'. T. æq. Declinatio centri Jovis, Micrometro mensurata, Borealior erat è stellæ utriusque *d* & *e* 11'. 37", & 8^h. 20' eadem differentia inventa est 11'. 36". Hoc à vero 8^h. 48' centrum Jovis distabat ab *e* 17'. 40'.

Apr. 22°. 10^h. 45'. T. æq. *Saturni* centrum sequebatur μ *Librae* 4'¹¹₂ Temp. sive 1'. 8" Asc. Rectæ. Micrometro autem Borealior inventus est Fixâ 35'. 25". Stella autem in Catalogo Britannico tunc habuit, in 10°. 16'. 8". Lat. Bœr. 2°. 3'. 54".

Maii 16^o. 8^h. 00' T. æq. x sequebatur Cor Leonis 1^o. 34'ⁱⁱ. Ascensionis rectæ; Borealior autem erat stellâ illâ 0'. 41'ⁱⁱ. Temporis, hoc est, 10'. 7" Arcus cœlestis.

Èdem nocte, 15^h. 18' T. app. Observavit D. Stephanus Grey Martem, ratione Ascensionis rectæ, sequi stellam in Cauda Capricorni orientalem 16'. 15'; simul non nisi 0'. 11". australior erat quam Fixa.

Junii 7^o. 10^h. 15'. T. app. Jupiter directus iterum reversus est ad stellas Telescopicas prædictas, & tum sequebatur stellam d. 0'. 35" Ascensionis rectæ, & 10^h. 30' distabat fixa à limbo Jovis proximo 4'. 18".

Postridie *Junii 8^o. 10^h. 20'*, Jupiter sequebatur stellam alteram e 1'. 30" Ascensionis rectæ, ac statim distantia limbi Jovis proximi à stella capta est Micrometro 7'. 30".

Julii 5. 8^h. 26'. T. app. Conjungebantur arctè Jupiter & Venus, quæ tum Borealior præcedebat Jovem secundum Ascensionem rectam 1'. 20": Centrorum autem distantia ex decies repetitis media, capta est 13'. 36". Hæc tria Londini observata communicavit harum Scientiarum eximius Cultor D. Martinus Folkes, R. S. Soc.

Aug. 3. 12^h. 20' T. æq. Mars pene Acronychus sequebatur stellam τ Aquarii Bayero 10'. 58" Temporis, sive 2°. 44'. 57" Ascensionis Rectæ. Erat autem fixa Mars Borealior 0'. 36" tantum; unde concessò loco stellæ Britannico sit locus Martis observatus x 7°. 10'. 10", eum latitudine Australi 6°. 38'. 10".

Aug. 10^o. 11^h. 50 T. æq. Mars sequebatur fixam minorem quæ præcedit τ Aquarii 1°. 39'. 30" ratione Ascensionis rectæ; Australior vero quam fixa 10'. 42".

Aug. 16^o. 7^h. 18'. T. æq. Spica Virginis præcedebat Veneris centrum 5["] secundis temporis, sive 1'. 20" Ascensionis rectæ, australior Planetâ 18["] temp. sive 4'. 35".

Aug. 17^o. Mars pridie Acronychus ac Terris proximus observatus est ad duas stellulas contiguas, Parallaxis ejus.

ejus investigandi gratiâ, juxta methodum à D. Cassino, in libro de Cometa anni 1680, exhibitam, Unde *Martis* Parallaxin eruere in *Transact.* proximâ conabimur. Harum vero stellarum borea tum temporis locum habuit $\approx 3^{\circ} 5' 50''$ cum Latitudine australi $6^{\circ} 6' \frac{1}{4}$: altera vero Australior habuit $\approx 3^{\circ} 5' 30''$, cum Lat. Aust. $6^{\circ} 10' \frac{1}{4}$ proximè. Horâ vero $10^{\text{h}} 40'$. T. æq. Australiem sequebatur *Mars* $41' \text{ min. } 40''$ Ascensionis rectæ, eâque adhuc Australior erat $7' 50''$.

Sept. 18. 9^h. 20'. T. æq. Mars visus est præcedere stellam in *Catalogo Britannico Aquarii* $53^{\text{iam}} 3' 45''$ Temporis, sive $56' 24''$. Ascen. Rectæ; simulque Stella Borealior erat limbo *Martis* boreo, non nisi unâ Planetæ diametro. Locus stellæ $\approx 29' 57' \frac{1}{2}$ Lat. Aust. $4^{\circ} 48' \frac{1}{2}$.

Octob. 30. Vespri 5^h. 45'. T. app. Mars proximus stellis duabus contiguis ad *b* \approx *Bayero*, quæ sunt $\approx 73^{\text{ia}}$ & 74^{ia} *Catal. Brit.* Præterierat rectam per eadem duæam, eratque angulus ad *Martis* centrum ad sensum rectus: Borea vero stellarum eandem habuit declinationem cum limbo Planetæ austriño. $5^{\text{h}} 53'$ distantia stellæ à centro *Martis* $2' 30''$. $5^{\text{h}} 56'$ centrum *Martis* distabat à tertiatâ & Australiore ad *b*, sive 75^{ia} *Aquarii*, $17' 04''$. $6^{\text{h}} 18'$ distantia centri à Boreâ sive 73^{ia} erat $3' 5''$. Hinc concludere licet *Martem*, horâ $3^{\text{h}} 30'$ proximè, stellæ Boreæ conjunctum fuisse, eamque uno tantum minuto ad Boream reliquisse. Fixæ autem locus è *Catalogo Britannico* tunc erat $\approx 10^{\circ} 29' 00''$ cum Lat. Aust. $1^{\circ} 40' \frac{1}{4}$. 74^{ia} vero habuit $\approx 10^{\circ} 29' 50''$ cum Lat. Aust. $1^{\circ} 44' \frac{1}{4}$.

Novemb. 16. 19^h. 18'. T. æq. Venus præcedebat *Landem Librae* Australinam $3' 13''$ Temp. sive $48' 23''$ Ascen. Rect. simulque fixâ borealius erat centrum *Veneris* $7' 45''$. *Venus* quasi Stationaria apud Nodum ejus Ascendentem.

Decemb.

*Decemb. 3°. 19^h. T. æq. Saturnus præcedebat tertiam ad
 ζ Librae, sive Libræ 29^{am}. Cat. Brit. 0°. 46" Temp. sive 11°.
 32" Asc. Rect. Erat autem fixâ Australior 15°. 29". dif-
 ferentiâ per Micrometrum captâ. Unde Saturni locus
 m 20. 25¹₄ cum Lat. Bor. 2°. 5¹₄.*

Observationes Lunæ & Eclipsum.

In dicta *Transact.* N°. 357. pag. 852. Observationem dedimus Eclipseos Lunaris anno 1717 Martii 15° P. M. St. vet. apud Cambridge Nov-Anglorum habitam; apud nos vero ob Nubes inconspicuam. Desit autem Eclipseis ibidem 11°. 42¹₂, neque alia ejus tum temporis suppetebat observatio. Postea vero arte Nauticâ & industriâ inter primos insignis Dom. Candler Navarcha Regius, ex America attulit & nobiscum communicavit ejusdem Eclipseos phases Lima Peruviae à Dom. Petro Peralta, Mathematico Regio multis titulis claro, observatas, Typisque ibidem impressas. Initium autem Eclipseis ponit Lima 8^h. 41'. 8". Finem vero 11^h. 19'. 55". Simul laudatus D. Candler propriam observationem, ad Insulam quam Virgine Gorda vocant captam, concessit, Ibi desit Eclipseis 12^h. 13'. P. M. Fine per cælum sudum distinctè viso. Postremo inter Acta Regiæ Scientiarum Academiæ Parisiensis istius anni, comperimus duas & quidem satis conformes hujus Eclipseos observationes, alteram à D. Cassino, alteram à D. de la Hire in Observatorio Regio captas: Hic Initium æstimavit 13^h. 54'. Finem vero certius 16^h. 38'. 10". At Ille Initium 13^h. 55' & Finem 16^h. 38'. 25". Maxima obscuratio huic 7¹₂ Dig. illi 7¹₂ Dig.

Hinc ex Fine, in singulis locis ut videtur accuratius sumpto, proveniunt Longitudinum differentiæ inter Parisios & Limam 5^h. 18'. 20", Inter Parisios & Cambridge

4^h. 55".

$4^{\text{h}} \cdot 55' \cdot 50''$. Inter *Parisos* & Insulam *Virgine Gorda* $4^{\text{h}} \cdot 25' \cdot 20''$. E quibus si $9' \cdot 40''$ subduxeris, provenient Longitudines ad occasum *Londini*, nempe *Lima* $77^{\circ} \cdot 10'$. *Cambridg Nov Anglorum* $71^{\circ} \frac{1}{2}$, ac denique Insulæ *Virgine Gorda* $63^{\circ} \cdot 55'$; unde Insularum adjacentium situs Geographici certo corrigi poterint.

Altera Lunæ Eclipsis ejusdem anni *Septembris* nono Vespere, ab iisdem observatoribus & D. *Maraldo Parisiis* conspecta est. Finem *Londini* observavimus in ædibus Societatis Regiæ $7^{\text{h}} \cdot 26'$. *Parisis* vero D. *Cassino* Finis $7^{\text{h}} \cdot 34' \cdot 50''$, D. *Maraldo* $7^{\text{h}} \cdot 35' \cdot 30''$, & D^o *De la Hire* $7^{\text{h}} \cdot 34' \cdot 15''$. Simul D. *Wurtzelbaur Noribergæ* eundem Finem vidit $8^{\text{h}} \cdot 10' \cdot 45''$. Hinc confirmantur Meridianorum differentiæ *Londinum* inter & *Parisos*, præsertim ex observatione D. *Maraldi*, nempe $9' \cdot 30''$; uti & inter *Londinum* & *Noribergam* $44' \cdot 45''$, quantam sçpius olim experti sumus. Porro quinto die post Eclipsin, *Septembris* 14^{th} vespere, Luna occultavit *Palilicium Parisiis*, observantibus sigillatim DD. *Maraldo* & *Deliſle Juniore*. Evanuit autem stella è regione Maculæ *Grimaldi* sive *Paludis Mareotidis*, Hora $9^{\text{h}} \cdot 11' \cdot 35''$. Emerxit autem è limbo Lunæ obscuro $10^{\text{h}} \cdot 3' \cdot 55''$. Hujus Occultationis observatio *Londini* habetur pag. 853. *Phil. Transact.*

Observationes illas, in quibus Temp. æq. adhibetur, Rev. D^o Pound acceptas debemus. Tubo autem quindecimpedali captæ pro certissimis habenda sunt.